

Capitulum VI

Lectio. LXXVIII

Similis qui non antiquas gallinas inuadit, sed pullos inermunt, et similes magistro leonis qui non leonem sed carulum verberat. Sic prelati moderni non diuites et nobiles peccatores; sed pauperes, ecclesiastica censura castigantur. Sed de quo dolendum videtur. Tales interdum presunt in ecclesia qui sunt tenebrosi et ignorantia, ociosi et ignavia. Sed ociosi per iracundiam. Ignominiosi per infamiam. Et contra tales bene loquitur Ambrosius in suo pastorali. Nihil in hoc seculo sacerdotibus excellens. Nihil sublimi episcopi reperiri potest ut omni cum dignitate oculis demonstramur: vigine noscamus. Quid sumus? Quid sumus? professione actione potius quam nomine demonstramus ut nomen congruat actioni et actio respondeat nominis: ne sit honor sublimis et vita perditum. ne sit deifica professio et illicita actio: ne sit religiosus amicus et irreligiosus profectus: ne sit gradus excessus et deformatio excessus: ne locutione simplicitate simulamur columbinam: et mentem habeamus caninam. ne professione monstrum quoniam et ferocitate habeamus lupinam. Cuiusmodi sententiam dicit Bernardus ad Eugenium. ij. lib. Audi inquit canticum meum minus suauiter salutare. Nonstruosa res est gradus sumus et animus infimus, sedes prima et vita ima: lingua magniloqua et manus ociosa. Sermo multus et fructus nullus: vultus grauis et aculeus: caput canum et cor vanum: facies rugosa et lingua nugosa. ingenti auctoritate et nutans stabili tas. Hec Bernardus.

Lectio. LXXVIII

Non enim subtra

het personam cuiusque dominus qui est dominator omnium: nec verebitur magnitudine cuiusque: quoniam pusillus et magnus fecit ipse. et equaliter est illi cura de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Cuius declaratum sit. quod reus iudicabit iniquos dominos et pueros prelatos cum graui distinctione. Hic ostendit quod hoc fiet sine quacunque dissimulatione. Particula enim interdum iudices propter beniuolentiam: interdum propter impotentiam: et interdum propter negligentiam. Primum ista tria excludit spiritus sanctus a iudice reo. Secundo subinfert principalis conductio ibi. Fortioribus autem fortior instat reus. Primum ad primum: quod reus non parceret propter beniuolentiam tunc ipse dicit sic. Non enim subtrahet personam cuiusque dominus. Cautela est frequenter apud iudices mundi. quod persona rea subtrahitur per certo dicitur: quod non coparet. Unde iudex per die illo nihil facit contra cum: sed ista cautela nihil tunc valebit: quod nullus pro tunc se poterit absentare. ij. Cor. v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi reus. Ergo dominus non subtrahet per dissimulationem personam cuiusque. Quia dicitur Act. x. quod deus non est acceptor personarum. Et ra-

tio. quod est dominator omnium et iustus dominator. ergo nulli faciet fauorem. ij. Reg. xxiij. Fortis israel dominator hominum iustus. Sic ergo nulli parceret propter beniuolentiam. Secundo nulli parceret propter impotentiam. Et tertium ad hoc dicit. Nec verebitur magnitudinem cuiusque: quasi diceret. Non dimittet propter timorem potentie regum vel principum vel creature cuiuscunque. Et hoc probat sic. Nullus enim artifex terref de eo quod fecit et etiam potest destruere quando vult. quia omnis artifex potentior est suo artificio. Sed deus fecit pusillum et magnum: In ps. Dominus ipse est deus ipse fecit nos et non ipsi nos. Tertio deus nulli parceret propter negligentiam. et tertium ad hoc dicit quod equaliter est illi cura de omnibus. et per consequens non plus negliget punire unum quam alium Sap. xij. Non est alius deus quam tu cui cura est de omnibus ut ostendas quoniam non iniuste iudicatis iudicatis. His ergo tribus causis dissimulationis excludis: subinfert conductio talis. Fortioribus autem. i. illis qui fortior et grauius peccauerunt: fortior instat cruciatio. quod Deutero. xxxv. Pro mensura delicti erit et plagarum modus.

Circa ista et alia in precedentibus lectionibus habita potest esse dubitatio literalis ista. Utrum liceat iudici condemnare ad mortem: propter allegata et probata coram se in forma iuris: nulli que scit penitus innocentem? Videtur quod sic. quod vel lex que precipit conductum de crimine condemnare est iusta vel iniusta. Si iniusta: nullus debet scdm eam iudicare. Si iusta: nullus contra. It. ij. q. i. Nos in queque dicit Augustinus. Nos inquit iudicium ferre si possumus: nisi aut in conductum aut sponte confessum si reus puer aut sponte confessus: licet iudicium ferre sinas. Pleqntia patet. quod si non video hodie nisi forte video forte It. iij. q. vij. Iudicet. dicit Ambrosius. Non iudex arbitrio suo nihil facit. nec ex domesticis voluntatibus propter: sed iuxta legem et iura pronunciat. et reuera sicut audit ita iudicat: igitur si allegata et probata licet sibi iudicare. It. si licitum esset iudici liberare innocentem contra allegata et probata. pari ratione etiam poterit quilibet innocentem secundum suam conscientiam iudicare. consequens falsum. It. iudex in iudicio non iudicat ut priuata persona: sed ut publica. Id est sequi notitiam publicam. non suam priuata. It. Deut. xix. In ore duorum vel trium steterit omne verbum. ergo iudex debet condemnare secundum sententiam testium. Quia in ista lectione tangit de personarum acceptance. sit ista dubitatio. Utrum personarum acceptio sit peccatum? Quod non: quod apud deum nullum est peccatum: sed apud deum est acceptio personarum. ergo ipsa non est peccatum. Dinot ostendit per illud ad Roma. ix. Luz nodum nati fuissent et aliquid egissent boni aut mali reus dicitur est. Jacob dilexi. Lau autem odio habui. Preterea conferre alicui beneficiu ecclesiasticu propter consanguinitatem: est acceptio persone. sed hoc non est pecca-